



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Oratio præparatoria ad eas audiendas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591

Oratio Preparatoria ad audiendas Confessiones.

Antiphona.

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum
corda fidelium, & tui amoris in eis
ignem accende, qui per diuersitatem lin-
guarum cunctarum, gentes in vnitae fi-
dei congregasti, Alleluia.

Vers. Cor mundum crea in me Deus.

Resp. Et Spiritum rectum innoua in vi-
sceribus meis.

Vers. Ne proicias me à facie tua.

Resp. Et Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.

Vers. Redde mihi lætitiã Salutaris tui.

Resp. Et Spiritu Principali confirma me.

Vers. Docebo Iniquos vias tuas.

Resp. Et Impij ad te conuertentur.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Mentes nostras, quæ sumus Domine,
Paracletus, qui à te procedit, illuminet &
inducat in omnem, sicut tuus promisit
Filius, veritatem.

Ad-

Adsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus Sancti, qui & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Domine IESV, qui promisisti Apostolis tuis, vt, si quid mortiferum biberint, inuocato salutari Nomine tuo, non eis noceret: Da, vt tanta puritate, confitentium errata excipiam, vt nil terrenæ labis cogitationibus meis aspergant, sed potius ad conuertendos ad te peccatores, animū fortiter inflamment. Domine IESV, qui me Vicarium tuum, in officio sacerdotali, ad reconciliandos peccatores resipiscentes constituisti, & vis omnes saluos fieri, atque ad veritatis agnitionem peruenire, exaudi me, pro famulis & famulabus tuis, conscientiarum suarum abdita & arcana, mihi, tua vice, referaturis: Concede mihi Spiritum discretionis, vt eos dirigam in viam salutis. Da illis cor cōtritum & humiliatum, vt ab omnibus Diaboli laqueis fœliciter expediantur, dignisque pœnitentiæ fructibus abundantes, post huius vitæ cursum, ante Tribunal tuum comparere non pertimescant, sed à delictorum

etorum

Etorum omnium inquinamentis, precioso Sanguine tuo emundati, sub sacratissimorum Vulnerum tuorum tutela, ad gloriosum Diuinæ faciei tuæ conspectum admittantur. Per Dominum nostrum IESUM Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat, in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum, Am̄.

C A P V T XVIII.

Ante Paschale tempus inuisit Parochianos, admonet officij, corripit.

*Visitat
suos,*

corripit

CAptabat opportunitatem Parochianos singulos adeundi cū opus, eos sui officij commonebat in Paschate, quosdam amicis & blandis verbis corripiebat, nonnullos etiam acrius perstringebat, & vitia, quæ cum offendiculis aliorum coniuncta videbantur, velut vlcus pestiferum sic obiurgationis nouaculâ incidebat, vt virus latens educeret; ne hac in re tam virorum illustrium aut Prælatorum personas, quàm officij sui rationem & hanc Principis Pastorum comminationem attendebat: *Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod egrotum, non sanastis, quod con-*

Ezec. 34.

fractum est, non alligastis, & quod abiectum est,

non